UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sancti Hieronymi Stridonensis, Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyteri Cardinalis Epistolae In Tres Libros distributae

Hieronymus, Sophronius Eusebius

Coloniae Agrippinae, 1674

XXX. Ad Pammachium. Legi in quadam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37862

Visual Library

mum tyrunculum ſuum Chriſtus agnoſcat, ut l
Luc. 15. tus tibi de longiſſima regione venienti occur
pater, ut ſtolam tribuat, ut donet annulum, ut i
molet pro te vitulum ſaginatum, ut expedit
cum ſancto fratre Quintiliano ad nos citò faci
navigare. Pulſavi amicitiarum fores: ſi aperu
ris, nos crebrò habebis hoſpites.

XXX. *Hieronymus Pammachio. Scribit ſen hanc epiſtolam de ſenectutis commodis & incommodis.*

LEgi in quadam còntroverſia, IMBECILLI
TAS corporis animæ quoque vires ſecu
2. Cor. 12. trahit. Econtrariò Paulus Apoſtolus: Quand
infirmor, inquit, tunc fortior ſum: & virtus in i
Galat. 5 firmitate perficitur. Spiritus enim contra car
nem, & caro contra ſpiritum: hæc invicem ſibi ad
verſantur, ne quæ volumus, illa faciamus. Und
Matt. 26. & in Evangelio dicitur: Spiritus promptus eſt
caro autem infirma. SENECTUS multa ſecu
& bona affert & mala. Bona, quia nos ab impu
dentiſſimis dominis liberat voluptatibus, gulæ
imponit modum, libidinis frangit impetus; auge
ſapientiam, dat maturiora conſilia, & frigeſcent
co pore, dormit cum perpetua virgine Sunami
3. Reg. 1. te, luxuriamque contemnens cum Berzellai, dele
2. Reg. 19. gat eam filio adoleſcenti Camaham, & non vult
tranſire Jordanem, atque in alienos fines de ſuis
finibus, id eſt, regionibus, exire. Quæ autem pu
tantur ſenectutis mala, iſta ſunt, crebræ infirmi
tates, pituita moleſtiſſima, quam Græcorum alij
κόρυζαν, alij φλέγμα nuncupant; caligantes ocu
li,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

li, aceſcentes cibi, tremens interdum manus, nudi gingivis dentes, & inter cibos cadentes. Ad hæc torminibus & aculeis ſtomachi podagræque & chiragræ doloribus ſæpe torquetur : ita ut ne ſtylum quidem aut calamum tenere queat, ut ſuis pedibus non poſſit incedere : magnaque parte vitæ videatur eſſe truncata, & multis membris præmortua. Cùm hæc ita ſe habeant, in malorum comparatione tolerabilius ſuſtinebo morbos, dummodo unâ & graviſſimâ dominâ libidine caream. Patitur quidem & ſenectus nonnunquam incentiva vitiorum : nulluſque juxta ſanctum *Cypr.* martyrem Cyprianum diu tutus eſt periculo proximus. Sed ALIUD eſt titillari, aliud obrui voluptatibus. Ibi cum Apoſtolo adoleſcentia loquitur, quæ novit virentis corporis neceſſitates: *Rom. 7.* Non enim quod volo bonum, hoc ago : ſed quod nolo malum, illud facio. Et : Miſer ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? Hîc autem rarò inter emortuos cineres ſcintilla ſublucens reviviſcere nititur, & tamen incendia non poteſt ſuſcitare. Quamobrem Pammachi, cano jam mecum capite, impetra mihi à Domino, ut comitem mihi merear habere ſapientiam, de qua ſcri- *Prov. 4.* ptum eſt : Ama illam, & ſervabit te: honora illam, & amplexabitur te.

XXXI. *Hieronymus Euſtochio virgini. Conſolatur ſe teſtimonio paucorum verè amantium, contra Lavinium ejuſq; ſimiles æmulos & obtrectatores frequentes.*

NUllus imperitus ſcriptor eſt, qui lectorem non inveniat ſimilem ſui : multoque pars

major

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN